

Sight Recitation

Area F 2004
McCallum High School

Level 3 / 4 Prose

PLINY ENDOWS A SCHOOL

Nūper cū Cōmī fuī, vēnit ad mē salūtandum ⁴ filius amīcī cuiusdam. Huic ego “Studēs?” inquam. Respondit: “Etiam.” “Ubi?” “Mediolānī.”⁵ “Cūr nōn hīc ?” Et pater eius, quī ipse puerum ad mē addūxerat, respondit: “Quod nūllōs magistrōs hīc habēmus.” Huic aliīsque patribus quī audiēbant ego: “Quārē nūllōs?” inquam. “Nam ubi iūcundius liberī vestrī discere possunt quam hīc in urbe vestrā et sub oculīs patrum? Atque ego, quī nōndum liberōs habeō, prō rē pūblicā nostrā quasi prō parente tertiam partem eius pecūniae dabō quam cōferre vōbīs placēbit. Nihil enim melius praestāre liberīs vestrīs, nihil grātius patriae potestis.” (PLINY 4.13)